



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

X. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen Bürgern zu Prenzlau die Freiheit von der Lehnbede, am 11. November 1283.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

X. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen Bürgern zu Prenzlau die Freiheit von der
Lehnbede, am 11. November 1283.

Nos Otto et Conradus, Dej gracia Marchiones Brandenburgenses, recognoscimus coram vniuersis Christi fidelibus publice protestantes, quod vniuersos Burgenses et singulos in ciuitate Prinzwaw degentes et eorum heredes ab omni precaria nobis danda liberos et solutos dimimus, que denariis suis mercati sunt, quod de bonis eorum pheodatis nullas prorsus precarias debeant dare nobis. Nomina bona feodata habencium sunt hec: Heinricus rufus et suj heredes omnia bona ipforum ad agriculturam eorum sine precariis habebunt, preterea habebunt sex manfos in bonis ipforum ad agriculturam eorum sine precariis et absque seruiciis aliquibus. Conrad vinitor et suj heredes omnia bona ipforum vniuersaliter libera sine precariis habebunt, preterea habebunt duodecim manfos ad agriculturam eorum in bonis ipforum eciam sine precariis et absque seruiciis aliquibus. Johannes de Penckun sui que heredes omnia bona eorum libera habebunt et absque precariis ac sine seruiciis aliquibus. Johannes Haltpape et suj heredes, Johannes de Brunne et suj heredes, Scadelow et suj heredes, filii Arnoldj de Sycke et eorum heredes, Johannes de Cedenick ac suj heredes, Theodericus, pellifex, et sui heredes, Filij Heifonis pellificis et eorum heredes, Heinricus de Lughe et suj heredes, filii Johannes de Colene et eorum heredes, Filii Hinricus de Schufen et eorum heredes, filii Heidenricus de Bismark et eorum heredes, Conradus de Stagno et suj heredes, Henricus Tabbard et suj heredes, Gerhardus de Bismark et suj heredes, omnia bona eorum, que nunc habent et possident, habebunt libera et absque precariis aliquibus. Igitur vt premissa hec per nos nostrosque successores hereditarios irrefragabiliter obseruentur, presentes literas in evidens damus testimonium, sigillorum nostrorum appensionibus consignatas. Datum Prinzwaw, Anno Domini M^o. CC^o. LXXXIII^o., in die Sancti Martini confessoris, per manum Bernardj, Curie nostre notarii et cappellani.

Nach Beckmann's Abschrift des Originals.

XI. Die Markgrafen Otto und Conrad verkaufen der Stadt Prenzlau die Freiheit von der
Nachmessung ihrer Grundstücke und verschiedene Rechte, am 8. September 1287.

In Nomine Domini Amen. Omnibus in Cristo fidelibus presentes literas inspecturis Otto et Conradus, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenses in perpetuum. Humani generis actiones perpetua indigentes memoria plerumque ab hominum notitia dilabuntur, que nec scripturarum nec testium munimine confirmantur. Quapropter Constare volumus tam presentibus quam futuris Cristi fidelibus uniuersis, quod Causam dimensionis agrorum adiacentium Civitati Printzwaw, que nos tangebatur ex una et Civitatem ex parte altera, terminauimus de maturo prudentum nostrorum Consilio favorabiliter in hunc modum, videlicet mensuram agrorum prefate Civitatis nunc et in perpetuum simpliciter relaxamus, ita ut nec a nobis nec a nostris heredibus uniuersis unquam